

**T**WEFIS, **T**O YASIS & **T**VESIS appellari videtur, apud quem tamen Librariorum incuria suo loco exula-re existimo. Cum enim **T**VE SIN & **T**INAM in remotiori Britanniae parte, ubi Scotti nunc agunt, ille statuerit: & hæc regio **T**esi & **T**ina includitur, si in veterem Geographum Criticus esse ausim, postliminio huc in sua loca revocarem, & cum bona, uti spero, Scotorum venia, qui nulla ha-bent flumina quibus hæc nomina vere afferant. **T**ESIS è saxeto illo *Stanemore* erumpit, raptisque secum multis undique torrentibus, per rupes fluens, è quibus ad *Egleston*, ubi monasterium C. Britanniae & Richmondiæ Comes posuit, mar-mora cæduntur, primum *Bernardcastle*, id est, *Barnardi castrum* pulsat, à Bernardo *Balliol*o Ioannis *Balliol*i Scotorum Regis abavo constructum, & denominatum. Verum Ioannes iste *Balliolus*, quem Edwardus Primus Scotorum Regem de-claverat, illud amisit cum aliis in Anglia possel-lionibus, quod fidem Edwardo datam prodi-disset. Quo tempore Rex Antonio Dunelmeni Episcopo infensior hoc castrum (ut habet liber Dunelmenis) cum pertinentiis ab eo abstulit, & Comiti de *VVarwick* contulit, Herks & Hertnes Roberto Clif-fordo, Kewerston Galfredo de *Hertpole*, quæ Episcopus habuit ex foris-factura I. de *Balliol*, R. de *Brus*, & *Christophorus* de *Seton*. Sed paucis post annis Lodo-vicus de *Belleme* Episcopus regio Francorum sanguine natus, qui literarum, ut scribitur, om-nino expers, de hoc castro, & ceteris possessioni-bus litem intendit, caussamque obtinuit, lata in hæc verba sententia, Episcopus Dunelmenis debet ha-bere foris-facturam guerrarum infra libertates Episcopatus, ut Rex habet extra. Iuxta *Strelham* cernitur, ubi diu habitavit præclara & equestris familia de *Ar-cubus* sive *Bowes*, quæ subinde difficillimis tempo-ribus egregiam principi & patriæ navavit ope-ram. Genus vero repetit à *W. de Arcubus*, cui, ut legi, Alanus Niger Britanniae & Richmondiæ Comes concessit his verbis, ut gestaret pro Ar-mis *Scutum Britannia cum tribus arcibus desuper*.

Non quinque hinc mille passus absit paulo re-motius à *Tesi Standope*, quod & *Stainthorpe*, id est, *Vicus Saxeus* dicitur, oppidulum mercatorum, ubi Collegiata erat ecclesia *Nevillorum* & opus, & tumulus. Huic contiguum est *Raby*, quem Cnuto sive Canutus Rex Danicus ecclesiæ Dunelmeni, una cum circumvicino agro & *Stand-dope* libere in perpetuum possidenda donavit. A quo tempore (ut habet author meus) familia *Nevillorum*, sive de *Nova villa*, *Raby* de ecclesia tenuit reddendo quatuor li-bras, & cervum quotannis. Stemma enim illi à Wal-theofo Northumbriæ Comite, è cujus progenie cum Robertus filius *Maldredi* Dominus de *Raby* filiam Galfredi *Nevill* Normanni duxisset, (cujus avus Gilbertus Regis Guilielmi Primi Admir-alus perhibetur) posteri *Nevillorum* nomen asci-verunt, & in familiam longe numerosissimam & potentem succreverunt, qui castrum admodum spatiolum hic erexerunt, quod eorum prima & præcipua erat sedes. Hæc duo *Stainthorp* & *Raby* tantum fluviolo separantur, qui post pauca mil-liaria in *Tesim* defertur prope *Selaby*, ubi nunc se-des familæ *Brakenburiorum*, & sua vetustate, & cō-jugiis cum hæredibus *Denton* & *Wicilli* insignis.

*Britannia.*

*Barnard castle.*

*Strel-ham.*

*Bowes.*

*Raby castle.*

*Nevillo-rum fa-milia.*

*Selaby.*

**T**esi inde lapsus per *Sockburne*, antiquæ & no-bilis familæ de *Cogniers* domicilium, è qua fue-runt Barones *Cogniers de Hornby* (quorum hæredi-tas multum adaucta nuptiis hæredum *Darcy de Menill*, & *Guilielmi Nevill* Comitis Cantii & Do-mini *Fauconberg*, patrum memoria ad *Atherstonos*, & *Darcios* demigravit) prope *Derlington* frequens forum agitur, quod *Seir filios Vlphi* Saxo, impetrata ab Etheldredo Rege venia, ecclesiæ *Dunelmensi* donavit, Hugoque de *Puteaco*, sive *Pudsey*, tem-ple, & ædificiis exornavit. In hujus agro tres sunt miræ profunditatis putei, *Hellkettels* vocat vulgus, id est, *inferni caldaria*, quia per antiperi-stasin calescat in illis aqua. Prudentiores hausta terræ motu tellure subfusse credunt, & proba-biliter quidem. Legimus enim in *Chronicis de Tinmouth*, Anno Domini 1179, in Natali Domini, apud *Oxenhall* in territorio de *Derlington*, in Episcopatu Dunelmeni, elevavit se terra in altum ad similitudinem proceræ turris & manxit ab illa die quah immobilis usque ad vesperam, & tunc cecidit tam horribili strepitu, ut vicinos terruit omnes, & absorbuit eam tellus, & fecit ibidem puto profundum, qui est ibi in testimonium usque in hodiernum diem. Illos autem subterraneos habere meatus, & exitus *Cuthbertus Tunstallus* Episco-pus primus deprehendit, reperto in *Tesi* anfere, quæ signatum in horum majorem experiundi gratia demiserat. Post *Derlington* nulla quæ meli-oris nothæ oppida adposita habet *Tesi*, sed viri-dantium camporum margines, & rusticanas vil-las flexuoso meatu lambens, tandem amplio ostio in Oceanum se ejicit, unde Trianguli basis ad oram maritimam inchoatur.

**T**esi inde lapsus per *Sockburne*, antiquæ & no-bilis familæ de *Cogniers* domicilium, è qua fue-runt Barones *Cogniers de Hornby* (quorum hæredi-tas multum adaucta nuptiis hæredum *Darcy de Menill*, & *Guilielmi Nevill* Comitis Cantii & Do-mini *Fauconberg*, patrum memoria ad *Atherstonos*, & *Darcios* demigravit) prope *Derlington* frequens forum agitur, quod *Seir filios Vlphi* Saxo, impetrata ab Etheldredo Rege venia, ecclesiæ *Dunelmensi* donavit, Hugoque de *Puteaco*, sive *Pudsey*, tem-ple, & ædificiis exornavit. In hujus agro tres sunt miræ profunditatis putei, *Hellkettels* vocat vulgus, id est, *inferni caldaria*, quia per antiperi-stasin calescat in illis aqua. Prudentiores hausta terræ motu tellure subfusse credunt, & proba-biliter quidem. Legimus enim in *Chronicis de Tinmouth*, Anno Domini 1179, in Natali Domini, apud *Oxenhall* in territorio de *Derlington*, in Episcopatu Dunelmeni, elevavit se terra in altum ad similitudinem proceræ turris & manxit ab illa die quah immobilis usque ad vesperam, & tunc cecidit tam horribili strepitu, ut vicinos terruit omnes, & absorbuit eam tellus, & fecit ibidem puto profundum, qui est ibi in testimonium usque in hodiernum diem. Illos autem subterraneos habere meatus, & exitus *Cuthbertus Tunstallus* Episco-pus primus deprehendit, reperto in *Tesi* anfere, quæ signatum in horum majorem experiundi gratia demiserat. Post *Derlington* nulla quæ meli-oris nothæ oppida adposita habet *Tesi*, sed viri-dantium camporum margines, & rusticanas vil-las flexuoso meatu lambens, tandem amplio ostio in Oceanum se ejicit, unde Trianguli basis ad oram maritimam inchoatur.

Littus hinc in Septentriones decurrit uno & *Gresham*.

altero tantum amniculo interscissum, juxta *Gresham*, ubi egregium Hospitale posuit Robertus Dunelmenis Episcopus, cum accepisset loci *Ma-nerium* dono Domini Petri de *Monte-forti*. Huic proximum est *Claxton*, quod insigni in hoc tractu familiae nomen fecit, cujus libentius memine-rem, quod ex eadem fuerit *T. Claxton* venerandæ antiquitatis summus admirator. Littus inde pro-

montoriolo solum uno prominet vix septem su-  
pra *Tesi* ostium milliaribus, cui *Hartlepole* empo-  
rium celebre, & statio fida, situ percommodo in-

sidet. Heortu Beda vocare videtur (quod Hun-tingdonensis *Cervi insulam* interpretatur) ubi *Heju* mulierem religiosam monasterium olim funda-se memorat: si *Heorteu* non sit potius territorioli illius nomen, quod Dunelmenis liber innuit, & *Heort-neſſe* alibi appellat, quod in mare longius procurrit. Ab hoc per xv mille passus littus con-

tinuum sparsim oppidis redimitum grata facie navigantibus arridet, donec *V E D R*Æ flumini se aperit, sic enim Ptolemæo nominatur, qui *Bedæ Wirus*, Saxonibus peopg 87, & nobis *Were*. Hic in

ipso trianguli apice, parte scilicet regionis ad Occasum extrema, è duobus rivulis *Kell-hop*, & *Burn-hop* coalescit, qui ubi in unum coierint, hoc

nomen assumit, & in Orientem properat per va-sta ericeta, magna Episcopi vivaria, & *Witton* ca-stellum Dominorum de *Evers*, qui antiquæ sunt

in hoc agro nobilitatis, utpote à Dominis de *Clavering*, & *Varkworth* nati, & à *Veciis* & *Attonis* Ba-ronibus per filias oriundi, bellicæ virtutis gloria

*Witton.*  
*Barones*  
*Evers, sive*  
*de Eure.*

*Ggggg clari,*

*Coignier*  
*Barones.*

*Derling-ton.*

*Hellket-tels.*

*Puoti pro-fundi.*

*Nobiles*  
*Sur-Tesi*  
*diæti, id*  
*est, super*  
*Tesim ad*  
*hunc olim*  
*florne-runt.*

*Hartle-pole.*

*Promo-nitorium in*  
*nostra lin-gua Neſſe*  
*dicitur.*

*Vedra fl.*

*Were.*